

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 10: De clericis nostri temporis (2)

Unde Bernardus:

Quid sibi vult quod clerici aliquid esse, et aliquid videri volunt?

Nempe habitu milites, questu clericos, actu neutrum exhibent.

Nam neque pugnant ut milites, neque ut clerici evangelizant, aut orent.

Unde cuius ordinis sint, ignoratur, quia cum utriusque esse cupiunt, utrumque confundunt.

Unusquisque enim in ordine suo resurget.

Isti autem in quo ordine surgant, vel quia sine ordine peccaverunt, sine ordine peribunt.

Aut si summe deus veraciter creditur a summo usque deorsum nihil inordinatum relinquere, vereor huiusmodi non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Quid sibi vult quod clerici aliud esse, aliud videri volunt?

Id quidem minus castum minusque sincerum.

Nempe habitu milites, quaestu clericos, actu neutrum exhibent.

Nam neque pugnant ut milites, neque ut clerici evangelizant.

Cuius ordinis sunt? Cum utriusque esse cupiunt, utrumque deserunt, utrumque confundunt.

Unusquisque, inquit, in suo ordine resurget.

Isti in quo? An qui sine ordine peccaverunt, sine ordine peribunt?

Aut si summe sapiens Deus veraciter creditur a summo usque deorsum nihil inordinatum relinquere, vereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione libri V.*, 3.20 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.447-8, ll.25-28, 1-5).